

dæ: (3) quia animam nemo intelligit, ut ait *SEXTUS EMPIRICUS*, nisi animatum intelligat. Est enim via hæc insita à naturâ, quâ à notioribus nobis (qualia sunt *concreta*) ad notiora naturâ (qualia sunt *abstracta*) pergimus.

§. 2. Ita verò Philosophus *Libris* illis *quatuor de partibus Animalium earumq; causis* agit: ut causas illas partium singularium contemplandas exhibeat *LIBRO I.* in limine quidem, duos esse & contemplandi & docendi habitus, quorum alterum scientiam rei, alterum peritiam quandam appellasse, fat, sit, docens; deinde cum contra eos, qui genus singulare in duas differentias dividunt; tum contra hos, qui differentias dividunt per privationes, disputans. *Specialiter verò causæ partium nunc superiorum LIBRO II;* nunc inferiorum *LIBRO III.* evolvuntur. *LIBRO* deniq; *IV.* conjunctim de omnium animalium partibus agitur.

§. 3. *Libro unico de Animalium incessu* Philosophus primò de commodis ad localem animalium motum partibus agit, docetque: quam ob causam illarum singulæ hujusmodi esse censeantur, cujusve gratia eæ animalibus insint. Præterea

crea